



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Exercetur eius patientia & mansuetudo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

temburgensis Comitis confluebant turbulentis declamationibus per nomen liberandæ conscientiæ seditionem carentem. Ei periculo ut succurseret Dux Albertus, aliquot de Societate impigros, minimeq; timidos sacerdotes poposcit, qui fluctuantem prouinciam apostolico ritu, ac spiritu percursarent. Erat expeditio sanè periculosa inter tumultuantes rusticos; erat plena ærumnorum: eadem tamen fœcunda spei, opimam animarum promittens segetem. Eo Canisius, cui laborum ex æquo, & animarum sitis suam ante omnes ad id muneric operam detulit, modo Augustani commeatum darent. Sed Dux ipse, eiusq; consiliarij demirati constantiam, & alacritatem, profectioni, & operæ obstitere, differentes nequam eo tempore deserit Augustam oportere: sed veriti, opinor, Reipublicæ tantum columen grauiorem in casum offerre.

Verum enim vero non fuit procul, ac foris quærenda crux militi, præconijs Crucis Indignatus acerrimè Satan optatissimum tot annorum in clarissima illa Ciuitate pietatis successum, q; per satellites suos manifestos sæpe tentarat, nec unquam tenere adhuc potuerat, vt præclaro ali-

d 2 quam

*Zelus Canisij,
Et animi meæ
genuitudo.*

quam cursui rerum earum obtruderet motam,
 id non leui ex parte fraudulenter effecit, per quos
 minimè oportebat. Vt ebantur ad sacra siue faci-
 enda, siue communicāda cum populo Canisius
 & socius eius Guilielmus Elderenus templo Ca-
 nonicorum. Cumq; in dies & numero, & digni-
 tate mysteria, & disciplinam ab eis petētum ma-
 nus augeretur, è ludimagistris quendam, itemq;
 vnum è Parochis duces turbarum memorant
 titisse qui verebantur, ne Collegio paulatim in-
 ducto, quod serio iam tum agebatur à Fuggeri
 de suo ipsis splendore, ac quæstu aliquid depen-
 ret. Sic enim comparatum est vitio ingenij hu-
 mani, vt priuatæ rationes non rarò ante publica
 habeantur. Eo demum excessit res, vt omni pro-
 fus sacramentorum administratione, & apostoli-
 corum Priuilegiorum vñ Patres interdicerentur
 in æde principe; deq; amouendo ab suggestu Ca-
 nisio ageretur, causantibus frequentes eius pere-
 grinationes: quas inter plebes magno incommo-
 do diuini verbi pane fraudaretur. Scilicet permit-
 tebat hæc Deus, vt per trita Sanctorum vestigia
 duceret seruum suum, probaretq; per omnia, ac
 notiorem, clarioremq; faceret inuictam eius ani-
 mi

LIBRO

mi patientiam , & inexpugnabilem caritatem.
Nulla vñquam minus honorifica in aduersarios
circumspecto illo ex ore vox excidit : nullum ex
vultu, siue aliunde commotionis documentum,
ac stomachi emanauit: nihil deniq; aliud, nisi do-
lebat Satanæ per eas fraudes haud sanè exigua lu-
cra. Quippe cum continuo summa Patres vere-
cundia ab sacris impertiendis destitissent, ingens
lætitia creata Hæreticis est; grauisq; adeò inter Ca-
tholicos coorta offendio, vt audirentur passim a-
cerbæ expostulâtum, & incusantium voces: qui-
que modestissime loquebantur, ij quererentur,
autores illius procellæ homines, munere suo nec
perfungi ipsos velle, nec alios pati perfungi. Su-
sccepit acerrimè causam Antistes, nec modo per
se, suosque , confessionis viam omni ope tenta-
uit, sed etiam à Pontifice Maximo literas Pio IV.
ad Canonicos impetrauit: quæ fuerunt tales.

Dilectis filiis Decano, & capitulo Ecclesiæ Augustanæ.

Dilecti filij salutem, &c. Ad nos, & hæc sanctam Litera Pontifi-
cis ad Canoni-
cos Augustan-
os nos.
sedem per hosce annos peruenit bonus admodū,

d 3

&